

**Regulae de formulis medicamentorum conscribendis, das ist: vom
Recept-Schreiben / [Christoph von Hellwig].**

Contributors

Hellwig, Christoph von, 1663-1721

Publication/Creation

Francofurti ; Leipzig : J.M. Funck for Heirs of J.C. Stoessel, 1712.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gahbne5u>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

HELLWIG, C. von

65427 IA

~~d d d~~
~~c~~
~~13~~

a. b

Paragraphos.	Pag.
X. Pilares.	15.
XI. Encapha.	24. ¶ . Species.
2. Boli.	30.
3. Ectenia.	33.
4. Pilas.	44.
5. Trochis.	58. Lig & Morsellæ
6. Rotiles.	65
7. Morselli.	71. Tablas.
8. Linimenta.	77. Unguentos. Balsama.
9. Emplastron.	89. Grotas.
10. Potiones.	103. Hanthili. Mixturas. &c.
11. Infusiones.	111. Vina medicata. &c.
12. Decocca.	123.
13. Glijstres.	131. {Gargantum. Cataplaem. Pedilum = vix. Balnea. &c.
14. Inlapia.	140
15. Similpionis.	149. &c.
16. Claveta.	151. {Collina. Suppositoria. Mix = ture Contractores &c.

DEO
ET
PROXIMO.



a. w.



Vanqnam in Medicina plus
qvam verum sit: Neminem
posse bene & feliciter curare,
nisi qui paucis, & quidem sim-
plicibus utatur medicamentis,
iisq; se assufaciat; Non ta-
men semper hæc simplicia
sufficiunt, ut, vel citra volun-
tatem, ad eorundem compositionem devenire co-
gatur Medicus.

II.

Postqvam vero, divortio qvasi facto, nonnul-
læ partes Medicinæ Medicorum ministris, puta
Pharmacopœis & Chirurgis, traditæ sunt, tanto ma-
gis medicæ praxeos initiatis expedit, præsertim in
compositione & præscriptione Medicamentorum
mature & probe se exercere, ut ultra ministrorum
sortem sapiant, eosq; nescientes corrigere, & me-
liora docere queant.

III.

Præsertim vero, qvia hodie in plerisque civi-
tibus Pharmacopolia sunt privilegiata, adeo, ut

non cuivis Medico licitum sit, propria manu sua despensare Medicamenta. Hinc deprehendas interdum Pharmacopœorum famulos, in frequentati plerumque officinis, qui, in concinnandis Remediiorum Formulis, naturalis judicii & diuturniori exercitii beneficio, talem sibi compararunt promptitudinem, ut de insulis alicujus formulæ erroribus, rationi sat convenienter, judicare queant, immo saepe talia ferant judicia, quæ Medici Autoritatem haud parum conculcant.

IV.

Qvare ante omnia tam Chymicarum operationum scientia, quam Medicamentorum notitia & cognitione instructissimus sit oportet Tyro præxos Medicæ, si temerariam carpendi libidinem effugere, & elegantem quandam Formulam conscribere allaborat.

V.

Præscribimus vero in universum Medicamenta, formula modo simplici, modo composita, in illa unicum tantum, in hac vero uno plura recipimus ingredientia. Utraque attentionem Medici requirit, ne peccet aut in excessu, aut in defectu; E. G. in Formula simplici errare potest tam in defectu, quam in excessu:

R. Balsam. Sulphur. anisat. unc. i. d. ad Vitr. S. Brustlösender Balsam/ auf etliche mahl/ jeden Morgen 3. Tropfen zu nehmen.

Vel:

R. Unguent. popul. Drachm, i.
D. ad fistil. s.

Erweichende Salbe den ganzen Unterleib dar-
mit öffters zu streichen.

Vel:

R. Specific. cephal. Mich. Scrup. sem.

Pulv. Marchion. rubr. gr. vj.

Margarit. præp. gr. iij.

Lap. Bez. or. gr. j. M. D. ad scat. S.

Pulver/ davon alle Morgen und Abende/ jedes-
mahl 1. Messerspitze voll zu gebrauchen.

Vel:

R. Ol. Nuc. Mosch. express. drachm. ij. D. S.

Magenstärkendes Öl / wovon jedesmahl 6.

Tropfen zu gebrauchen.

VI.

Pari modo facilis est *lapsus in Formula com-
posita*, qvando e. g. Mixturæ diffusiores, sive potio-
nes cochleatim assumendæ, ordinantur ad unc. j.
& unc.sem; aut Julapia refrigerantia in Febb. arden-
tibus ad unc. ij. aut pulveres ex vegetabilibus, e. g.
ad cochlearia aliquot; Ex. Gr. Errat quis in his se-
quentis compositionis compositis, tam in excessu, quam
in defectu:

R. Lumbric. terrestr. drachm. ij.

fol. salv. drachm. j.

oc. cancr. præpr. drach. jß.

ol. aneth. gutt. v. M. D. ad Chart. S.

Pulver auf 4. mahl zu gebrauchen.

Vel:

R. Aqv. scabios. drachm. vj.

Antim. Diaphor. Serup. j.

Sal. volat. C. C. gr. iij.

Spir. sambuc.

Aqv. cinnamom. an. drachm. j.

M. D. S. Schweißreibender Tranch / wovon
alle Stunden / 1. Löffel voll.

VII.

Ut igitur Formula composita; concinna &c;
„elegans sit, observari debent seqq. (1.) Quantitas;
„totius compositi, qvod resultat ex combinatione;
„ingredientium; (2.) Quantitas singulorum in-
„redientium, sive proportio eorum ingredienti-
„um ad se invicem; (3.) Ingredientium Ordo;
„(4.) Numerus; & (5.) Qvæ ex his emergunt;
„qvalitates sensibiles, ut sunt: *Color, Odor, Sapor,*
„*Consistentia, &c.* Ut vero speratum sortiatur effe-
„ctum, notanda præterea in ægro, morborum tem-
„pora, vires, ætas, sexus, temperamentum, &c.
„qvippe qvæ omnium tam ingredientia, qvam eo-
„rum dosin plurimum variant, & variari postulant.

IIX.

Quantitas totius compositi infra circa sin-
gulas formularum species annotabitur. Ingredien-
tium vero quantitas proportionalis optime dijudi-
cabitur, si prius cognita sit eorundem *dosis absolu-*
ta, infima, media, & summa, tam in purgationi-
bus, qvam vomitorii, & alterantibus.

TABULA de DOSIBUS MEDICAMENTO- RIUM in GENERE:

Primo: Ab unc. j. ad unc. ij. vel unc. iij. præscri-
buntur: Aqvæ destillatæ simplices, (2.) Speci-
es

es pro decoctis, (3.) Fructus majores, usitatius tamen, vel ad numeros, vel ad paria.

Secundo: Ab unc. sem. ad drachm. vij. vel unc. j.
 (1.) aceta infusa, plerumq; pro usu externo, (2.)
 Aqv. compositæ cum vino, (3.) Electuaria lenitiva,
 (4.) Olea cocta, infusa, & expressa viliora,
 (5.) Sapæ, (6.) Sirupi, (7.) Succi, (8.)
 Lixivia, (9.) Lohoch, (10.) Gelatinæ.

Tertio: a drach. ij. unc. sem. ad unc. j. [1.] Conservæ, [2.] Condita, [3.] Electuaria purgantia, [4.] Ligna in decoctis, [5.] Radices in Infusis & Decoctis, [6.] Species externæ, [7.] Folia, sive Herbæ, qvæ qvidem plerumq; ad manipulos præscribuntur, manipula una tamen æquiparatur unc. sem. præterpropter, [8.] Fructus minores in Decoctis, vel Infusis, E. G. passulæ minores, &c.

Quarto: a drachm. j. drachm. ij. ad unc. sem. [1.] Aqv. spirituofæ, [2.] Cortices in infusis, [3.] Rob, [4.] Tincturæ dilutiores, [5.] Electuaria alterantia, [6.] Flores pretiosiores, & Summitates, hæ qvidem præscribuntur ad pugillos, quo rum unus æquivalet circiter drachm. j.

Quinto: a drachm. j. Scrup. iiii. ad drachm. ij.
 [1.] Herbæ in pulveribus, [2.] Olea expressæ pretiosiora.

Sexto: a drachm. f. Scrup. ij. ad drachm. j. [1.] Spiritus vegetabilis, it. Spiritus animales c. vi no vel c. Spir. vin. [2.] Extracta alterantia, [3.] Lrides non pretiosi, [4.] Radices, Cortices, & Ligna in pulveribus, [5.] pulveres, &

Species alterantes, (6.) Semina aromatica, (7.)
Trochisci alterantes, (8.) Fœculæ.

Septimo: a Scrup. sem. scrup. i. ad drachm. j. (1.) Extracta purgantia, (2.) Massæ pilulares, (3.) Præparata, E. G. oc. cancer. Corallia, &c. it. Puteræ Bezoardici, & purgantes, (4.) Resinæ non purgantes, (5.) Salia, lixivia fixa. (6.) Salia, coagulata, (7.) Spiritus per se destill. (8.) Spiritus minerales medii, sive saturati, (9.) Terræ, (10.) Tincturæ saturatores, (11.) Elixiria, Essentiæ & Mixturæ contractiores.

Octavo: a gran. v. scrup. sem. ad scrup. j. (1.) Flores Chymici, (2.) Liqvores acidi dulcificati minerales, (3.) Pulveres Chymici. (4.) Elæosachara, (5.) Salia volatilia improprie dicta, (6.) Magisteria alterantia.

Nono: a. gran. iii. gr. v. ad Scrup. ſ. (1.) Magisteria purgantia & anodyna, it. Extracta resinosa purgantia, (2.) Salia volatilia, (3.) Olea destillata aromatica, horum guttula una equiparatur grano uno, (4.) Spiritus minerales acidi, (5.) Essentiæ pretiosæ; huc etiam pertinent lapides pretiosi.

Decimo: a gran. j. ad gr. ii. vel gr. iii. (1.) Pulveres emetic. Antimoniales & Mercuriales (2.) Laudana opiate, it. Trochisci, alhandal pro stimulo in Purgantibus.

NOTA: Ordo postulat, ut major dosis præcedat minorem: propterea que radices, folia, ligna, &c. quod majori quantitate, h. e. ad uncias,

uncias, vel manipulos præscribuntur, præcedunt flores, summitates, semina, &c. qvæ minori pondere, i. e. ad pugillos & drachmas, recipiuntur; Eod. ordine Composita etiam præscribuntur, quo simplicia.

IX.

Non temere confarcinanda qvælibet, ne sesquipedali formula dubium suum animum, tam de morbo, qvam remediorum virtute, & operandi modo prodat Medicus. Neqve vero etiam simplici semper formula uti, aut possibile, aut consultum, illud symptomatum diversorum varia syndrome; hoc ars, ne semidoctis nasutulis temere propaletur, prohibet.

X.

Licet qvorundam delicatulorum (qvorum gustus adeo tener est, ut qvævis, alias non ingrata, Medicamenta abhorreat,) desiderio non semper satisfacere possit Medicus, exhibendo insipida Medicamenta: potest tamen interdum ægris gratificari, illorumque palato ab blandiri: (1.) Respiciendo ad peculiarem cujuscunqve idiosyncrasiam, qva alias non possunt ferre amara, alii dulcia, hi abhorrent acida, qvæ plerisque arrident, illi contrariis delectantur; qværendum igitur ex ægris: Quemnam saporem plerumque expetant? (2.) Cavendo, ne temere qvævis commisceat, uti Cœvus confundit jura, e. g. acida cum amaris, dulcia cum falsis, alcalia cum acidis, &c. ex horum enim improvida miscela sœpius nauseosus, qvin etiam causticus emergit sapor; sic terræ bolares ab ad-

mixtis acidis aluminosum saporem & effectum
fortiuntur; Eadem Acida, uti plurimis gratiam, si
testaceis insipidis copulata, falsum, imo haud rare
nauseabundum conciliant saporem.

XI.

Color potissimum in liquidis formulæ quam
maxime commendat Medicamentum, adeo, ut fa-
cilius ab ægris assumantur, & per consequens felici-
lius operentur, quam si prius ex tetro aspectu hor-
rorem concipient ægri, sic essentiæ resinofæ in po-
tionibus colorem suum rubineum mutant in livi-
dum sive turbidum; Elixier proprietatis cum Spir.
Sal. armeniac. copulatum, ingratius aspectus præci-
pitationem init. In specie attendendus color, si quis
est formulæ proprius, e. g. in Emulsionibus lacte-
us & albicans, in Julapio & Tincturis plerumque
rubeus & cœruleus, &c.

XII.

De *Odore* idem valet quod de *Sapore*; Qvæ
nullum, aut saltim levem habent odorem, præfe-
renda reliqvis ingratis, aut maxime fœtidis, præser-
tim, si aliis idem potest obtineri effectus. Turpe i-
gitur sibi ducat Medicus, exhibere hodienum, cum
Xenocrate, in præservanda peste, sterlus huma-
num, vel, in hæmorrhagiis narium, sterlus suillum,
in syncopicorum & hysteriarum paroxysmis, ca-
pillos, sive plumas, perdicum accensas, aut afam
fœtidissimam, &c. cum plurima alia æque valida,
& minus horrida, copiose suppeditet materia me-
dica. Svavia Spiritibus nostris sunt acceptissima, &

præ-

præcipue eligenda, nisi prohibeantur ab idiosyncrasia, in Sexu præsertim sequiori.

XIII.

Sensus *Auditus* circa formulas nullam sibi vendicat notam:

Bene tamen, & ultimo loco, Sensus *Tactus*. Hic enim, uti de convenienti compositi Medicamenti consistentia judicat, e. gr. in solidis & mediis, ita respicit non solum ingredientium numerum, sed & dosin eorundem respectivam, sive proportionem ad se invicem. Si igitur, v. g. emplastra, unguenta, linimenta, &c., non nimis mollia aut dura esse debent, excipiens, e. g. cera, ad reliquorum ingredientium proportionem accommodandum. Præter hæc etiam exulare debent omnia, quæ mixti compagem destruere quodammodo possunt; Sic salia alcalica fixa absint a pillulis ad plures doses ordinatis, it. ab electuariis, quæ recipiunt acidula: in iis enim humidiori aëre solvuntur per deliquium, in his vero fermentando colliquationem causantur, & utrobiique consistentiam invertunt.

XIV.

Solent communiter Autores inculcare partes, ex quibus construuntur Formulæ, ita ut alia sit (1.) *Basis*, ceu primaria compositi pars, quæ satisfacit indicationi, & opponitur causæ morbificæ, aut maxime urgenti symptomati, hincque sola propter curationem expeditur, propter hanc vero reliquæ, uti sunt (2.) *Adjuvans* & *Corrigens*, quorum illud Baseos inertiam sublevet stimulando,

lando, hoc vero ejusd. vehementiam refrenet & compescat. (3.) *Dirigens*, ob specificam convenientiam cum parte affecta, ratione Archei, sive Ætheris specificati insiti, vires medicamentosas baseat eo dirigens & deferens, (4.) *Excipiens*, sive *Vehiculum*, quod externam formam & consistentiam largitur Medicamento.

XV.

Hasce quatuor partes tamen non semper in quavis formula requiri, sufficienter probat Formula simplex, quippe qua haud raro pluribus indicationibus satisfacere possumus: *Ex. Gr. in scabie Antimonium diaphoreticum quotidie ad scrup. j. ve cuspid. cultri assumptum, tam humores viciosos corrigit, quam per sudorem expellit, exanthemata exacerbare & defluere facit.*

XVI.

Basin, qui aliam faciunt simplicem, aliam compositam, entia multiplicant praeter necessitatem; Est tamen semper in formula composita necessaria haec pars. *Adjuvantia* in purgantibus potius, quam alterantibus adduntur, hincque in iis propriocantur *stimulantia*. *Corrigentia*, si late sumuntur, quatenus versantur circa saporem ingratiori temperandum, &c. admittimus; vix autem, si stricto sensu accipiuntur, quatenus iisdem qualitates noxiæ & malignæ simplicium corriguntur & emendantur: hunc in finem enim ante commixtionem adhiberi debent. *Dirigens* etiam seorsim omittere possumus, si *Excipiens* feligamus specificum; Quo ordine debeant collocari in formula, ex paragraph. sive Reg. 8. patescit.

XVII.

XVII.

Prius quam claudamus generalem formulas conscribendi methodum, memoriae ergo axiommemonevta præcepta sequentia subjungemus, quæ ex antedictis sponte fluunt: (1.) Nihil præscribendum in Formulis contra judicium, i.e. cuius non sufficiens dari possit ratio: adeoque (2.) non simul præscribenda, quæ se invicem destruunt, aut sibi invicem intime misceri non possunt, e.g. *camphora solvenda in aquis destillatis non spirituosis*, nec (3.) duo vel plura, sive composita medicamenta, ejusdem effectus & operationis, in eadem Formula recipienda, e.g. Antimon. diaphor. & Bezoardic. mineral. Cinnabaris Antimonii & nativ. Cremor tartari & Hepatic. rubr. Dresdens. Sal. volat. Corn. Cerv. & viperar. Sal. fix. absynth. & cent. min. Aqva portulac. lactuc. & endiv. Tinct. bezoard. Mich. & Mixt. simp. &c. neque (4.) compositis temere addenda seorsim eadem simplicia, quæ jamdum in iisdem continentur, e.g. specific. cephal. Mich. & Magist. cran. human. vel unguis. alc. &c. & qvoniam (5.) quantum fieri potest, *cito, tuto, & jucunde curandum*: hinc (6.) efficacia, & non effœta, aut exoleta medicamenta recipienda; (7.) Dubia, & suspecte præparata omittenda; & (8.) ab aspectu, gustu, & olfactu, gravibus & molestis abstinentia. Notandum tamen, hisce Regulis non adeo stricte semper inhærendum esse, ut non limitato judicio aliquando ab iis recedere licet: Minima enim non curat, Prætor.

XIX.

In speciali Formularum Tractatione duo :
 cimus summa genera, qvibus reliqua commode su-
 ordinantur ; ut sunt : (1) pulveres (2) Infusa. P-
 veribus facillimo negotio convenientia addi po-
 sunt Excipientia, e. g. Conservæ, Aqvæ, Extracta,
 ut sic extemporaneæ ex illis fiant Boli, Electuaria, P-
 tiones, Pilulæ, Morsuli, Rotulæ, Emplastra, U-
 gventa, &c. Infusa convenienter cum Decoctis, qv-
 bus haud convenienter accensentur Emulsiones
 Julapia, &c.

XIX.

„Multas igitur ob causas a *Pulverum* tracta-
 „tione initium facimus. In horum præscriptioni-
 „taque notanda sunt seqq. (1) Qvæcunqve, o-
 „visciditatem vel tenacitatem, difficulter pulveri-
 „santur, antea debent comminui & præparari, qvam
 „extemporaneis Formulis immisceantur, qvali-
 „sunt colocynthis, tragacanthum, &c. (2) Qva-
 „Ingredientia in magna quantitate minoris sun-
 „t, efficaciæ, illis, pro stimulo, adjicienda Fortiora
 „in parva mole alias efficacissima, & contra; (3)
 „Qvorum dosis est minima, e. g. grana tria ve-
 „qvatuor in emeticis & purgantibus concentrati-
 „oribus, ut & opiatibus, illis jungenda, pro vehiculo,
 „alia ne plus justo aut cochleari aut faucibus ad-
 „hærescant, ita tamen, ut (4) Dosis pulveris, pro
 „una vice, sit Scrup. j. nec excedat drachm. sem.
 „ad summum Scrupul. ij. ad qvantitatem drachm.

, unius non ascendat Medicus, nisi præmonito & , consentiente Ægro; (5.) Qvæ ex ingredientibus , æqvalia sibi sunt, qvoad dosin infimam, sum- , mam, & medium, eandem proportionem retinent , in compositione Formularum: Ita, ut si duo, vel , tria, vel qvatuor fuerint ingredientia, de singulis , recipiatur pars dimidia, tertia, vel qvarta; deni- , que (6.) quantum decedit uni, tantum accedat de , altero, e. g., si decedit pars dimidia primi, acce- , dat pars dimidia secundi, si decedit pars tertia, , accedat tertia pars secundi, si decedit pars qvar- , ta, accedat qvarta secundi; aut, si tria fuerint In- , gredientia, sumatur de singulis pars tertia, sum- , tur prim. doseos dimidia, seqventium pars qvar- , ta.

XX.

Pulveres, uti omnibus indicationibus satis- , ciunt, ita freqventissime præscribuntur, tam exter- , ie qvam interne, præsertim, si Ægri non abhorreant , tali formula, aut morbi conditio ingredientium- , que constitutio aliam formulam svadeant. Non , commode præscribuntur pulveres, ubi difficultas , dest deglutiendi, ut in paralysi lingvæ laboranti- , bus, in epilepticis, apoplecticis, syncopticis, hyste- , icis, &c. sic etiam Mercurius dulcis minus com- , node in pulvere, melius vero in pilulis, aut bolo, , præscribitur & assumitur. Præter res qvascung, fria- , piles pulveres etiam ingrediuntur olea destillata ad , guttulas aliquot, extracta alterantia & purgantia & i- , sam, theriaca: Assumuntur vero in quovis vehiculo

liqido: Laxantes pulveres, paulo ante, vel in mensa; purgantes pulveres, mane, ventriculo jejuno; alterantes pulveres, tam matutino, quam vespertino tempore. Trage& plerumq; post pastum sumuntur cum, vel sine pane medicato.

Pulvis purgans pro Infante.

R. Cremor. Tartari,
pulv. Jalapp. an. gran. vij.
M. F. Pulv. purg. pro Infante.

Al. purg. pro Adulto.

R. Pulv. Jalapp.
Tartar. Vitriol. an. gr. xv.
ol. destill. inacis, gutt. iiij.
M. F. Pulv. purg. phlegmat.

Al. pulv. purg.

R. Pulv. radic. jalapp. resinos. gr. xv.
Scammon. sulphurat. gr. iiij.
Nitr. puriss. gr. iiiij. vel vj.
M. F. Pulv. purg.

Al. pulv. purg.

R. Arcan. duplicat. gr. xij.
Scammon. sulphurat. gr. viij.
Extract. trochiscor. alhandal. gr. j.
M. F. Pulv. pro una dosi.

Pulvis Digestivus.

R. Croc. Mart. aperitiv. drachm. j.
Sal. fumar. scrup. ff.

M.F. *Pulv.* divid. in 2. partes æqual. altera pars sumenda mane in vehiculo calido, altera pars vesperi in vehiculo frigido, die præced. ante purgationem, ad digerendos humores acidoviscidos.

Al. Pulv. digest.

Rec. oc. cancr. præp. drachm. $\frac{3}{4}$.

Corall. r. præp.

Croc. Mart. aperit. an. scrup. $\frac{3}{4}$.

M.F. *Pulv.* divid. in 2. doses.

Pulvis alterans sudoriferus.

Rec. C.C. s. ign. scrup. j.

Bezoard. mineral. scrup. $\frac{3}{4}$.

Sal. volat. viperar. gr. iiiij.

M.F. *Pulv.* in Febb. malign. sudoriferus, cui nunc de opio, nunc de camphora tantillum addi potest.

Nota:

*Volatilia dari debent in vitris amplioris orificii,
(genant Zucker Gläsergen) ne avolent
ex chartis, vel pyxidibus, &c.*

Al. Alterans.

Rec. Ebor. s. igne, drachm. $\frac{3}{4}$.

Myrrh. elect. gr. iiiij.

Sal. volat. C.C. gr. iiij.

Theriac. veter. gr. iiij.

M.F. *Pulv.* D. in Vitro ampl. orificii; Detur in puerorum insultibus febrilibus, vel motibus convulsivis levioribus.

Pulv. Diureticus.

Rec. Oc.cancr.vel pulv. testar. ovor. drachm. j.

Sal. tartar.

Lapid. prunell. an. gr. xv.

Ol. therebinth. gutt. vj.

M. F. *Pulv. Diureticus*, pro tribus vel 4. Dosibus

Pulv. emeticus in Mania.

Rec. Merc. vit. rit. præp. gr. iiiij.

Elæosachar. cinamom. gr. xv.

M. F. *Pulv. D.S. Brech-Pulver.*

Al.pulv. emetic.in quartanariis.

Rec. Tartar. emetic. gr. iij.

Pulv. rad. asari,

Sachari albissim. an. scrup. §.

M. F. *Pulv. emetic.*

Al. pulv. emet.in quovis ventriculi affectu.

Rec. Magister. gumm. gutt. gr. iiiij.

Vitriol. alb. præp. gr. vj.

Sachar. albiss. scrup. §.

M. F. *Pulv. emet.*

*Pulvis in ulceribus putridis & manantibus in-
spergendus.*

Rec. Antimon. crud.

Oc. cancr. præp. an. drachm. if.

Aloës succotrin.

Myrrh.

Croc. Mart. adstring.an. drachm. §.

M. F. *Pulv. externa.*

Nota:

Nota:

Crocus Martis adstring. solum sanat ulcera, si inspergitur.

Pulvis Bezoardicus.

Rec. Pulv. Bezoard. S.

C. C. phil. præp.

Specific. cephal. M. ana, dr. j.

Antimon. Diaph. solar. dr. f.

Margarit. præp. scrup. j.

Lap. bezoard. or. gr. v.

occ. scr. f.

M.D.S. Bezoardisch Pulver/ wovon alle zwey Stunden 1. Messerspitze voll in einen Aquâ bezoardica, oder Cardubenedicten-Wasser zu geben.

Pulvis Corrigens.

Rec. Pulv. m. corrig. sive, succin. alb. præp. & Corall. r. pulv. ana, drachm. j.

Pulv. castor.

Matr. perlar. præp. ana, dr. f.

M.D.S. Corrigir-Pulver/ wovon öfters 1. Messerspitze voll.

Al.

Rec. succin. alb. præp.

Antim. diaph. lunar.

ana, dr. j.

Cinnabar. nativ. vel, pulv. solar. mei dr. f.

M.D.S. Corrigir-Pulver/ wovon öfters eine Messerspitze voll.

Pulvis emeticus correctus, Zw.

Rec. Vitri antimonii sine additione legitimè parati, unc. xii.

Nitri purissimi, unc. iiiij.

Singula prius seorsim in pulverem redacta commisceantur exactè, post collocetur ollula novitreata intra carbones accensos vel ardentes, cui si candet, *de superiori pulvere cochlear j.* post aliud pededentim inspergatur, donec omnia paulatim immissa & candelfacta sint; remota dein ollulâ a igne & refrigeratâ materiâ, quæ flava veluti vel albicans appetet, pulverisetur, & cum aquâ tepidissimâ, (non calidâ nimis aut fervidâ, quod studiosè observandum, secus vis emetica ejus tota tollitur,) edulcoretur, & quidem confessim, ne diu aquæ immersa materia edulcoranda hæreat, sed quam primùm fundum petierit pulvis, aqua ab eo decantanda, ac pulvis impalpabilis siccandus est: Observandum etiam qvod ponderosior ejusdem pulveri particula, quæ illicò in edulcoratione, dum aqua cum leviori magis & impalpabili pulvere decantatur, fundum petit, separanda sit, ne pulveri impalpabili permixta maneat.

Hoc *Antimonium taliter paratum nobile & securissimum vomitorium est, ità ut infantulis competenti in dosi per infusionem, vel in Sirupum modo sequenti redactum, tuto propinari possit. Dosis a granis xv. ad scrupulum pro adultis, cum uncii circiter tribus vini ferventis infusum per noctem quod vinum manè à residente pulvere clarum de-*

can-

cantari aut filtrari poterit, pulvere in undo relicto: Junioribus verò decem vel duodecim annos natis, scrupulum semis pulveris, & vini ferventis uncia una semis: Infantibus autem duorum circiter vel trium annorum, grana quatuor, quinque vel sex, cum drachmis quinque vel uncia una vini ferventis infusa sufficient. Verum cum nonnulli abstemii sint, vinumqve abhorreant, poterit unica saltim dosis hujus vini emetici scil. unciae tres cum sachari albi uncia una in Sirupum percoqui, cui refrigerato sirupo, si lubet, Aquæ cinamomi vel rosarium portiuncula pro odore & sapore grato ipsi conciliando admisceatur, & in vehiculo ad habitudinem Patientis vel Assumentis propinetur.

Pulvis contra vermes s. lumbricos, Ziv.

Rec. Cynæ, unc.j.

Corallinæ, unc. $\frac{1}{2}$.

Myrrh. rubr. dr. j.

Mercur. dulc. legitimè parat. dr. $\frac{1}{2}$.

Rasuræ C. C. drachm. ij.

Sachar. alb. unc. j.

Mac. drachm. j.

M. F. Pulv.

Cujus dosis scrup. $\frac{1}{2}$. ad scr. j. in vermibus expellendis.

Pulvis asthmaticus.

Rec. Rad. Aaronis c. vinō exsicc. & præp. unc. i $\frac{1}{2}$.

Cremor. Tartar. unc. $\frac{1}{2}$.

Essent. aurant. sacharinæ ex recent. cortic. parat. drachm. vij.

Fiat ex omnibus *Pulvis*, pro usu quotidianô,
Pulvis contra abortum.

Rec. Granor. Kermes legitim. unc. $\frac{3}{2}$,

Margarit. or. dr. ij.

Corall. r. præp.

Lapid. Carneol. præp. ana, dr. ii $\frac{1}{2}$.

Lign. aloes gum. unc. $\frac{3}{2}$.

Nuc. moschat. dr. vj.

Santal. r.

Radic. tormentill. ana, dr. iii.

ireos Flor.

Ciper. rotund.

Succin. alb. præp. ana, dr. ij.

Effent. citri sacharin.

aurant. sachar. ana, ex recentibus Co
tic. par. unc. j.

Ol. Nuc. Mosch. express. dr. j.

Fiat omnium *Pulvis*.

Datur Gravidis sæpius, ubi abortus timetur,
 iusculô horis matutinis & vespertinis à dr. $\frac{3}{2}$.
 dr. j.

Pulvis alexipharmacus.

Rec. Sulphuris crud, sed puri, unc. j.

Nitri c. succ. scordii soluti, & denuò crysta
lisati, unc. i $\frac{1}{2}$.

Terr. sigill. vel Boli Armen. præparatæ, un
i $\frac{1}{2}$.

Myrrh. r. translucid.

succ. alb. præp. ana, unc. $\frac{3}{2}$.

Croc. opt. dr. ij.

Nuc. mosch. unc. $\frac{3}{4}$.

Misceantur, Fiatque *Pulvis omnium subtiliss.*
In Febb. malignis & peste ipsâ validus, à dr. $\frac{3}{4}$.
ad dr. j. pro sudore eliciendo.

Pulv. antepilept. Z. & H.

Rec. Lapis specular.

Cran. human.

Ungul. alc. ana unc. $\frac{3}{4}$.

M.F. Pulv. Subtil. Add.

Aur. foliat. Nō. iij.

Dos. à gr. iij. ad drachm.

sem. l. j.

Pulvis antifebrilis in Febb. intermitt.

Rec. Cinnab. nativ.

oc. cancer. ana, unc. $\frac{3}{4}$.

M.F. Pulv. subtiliss. D.S. fieber Pulver/ wo-
von offt 1. Messerspitze voll.

Pulv. cephal. pretiosus contra vertiginem.

Rec. Amb. grys. opt. dr. j.

subigatur opt. cum

sem. pœoniæ excort. dr. j.

citri excort. dr. $\frac{3}{4}$.

Mosch. opt. or. scr. j. cum

spirit. rosar. particula ad pulvis formam con-
tundendo in mortario redacti:

His adde

Pulv. Ligni aloës ponderosi, unc. $\frac{3}{4}$.

Radic. Doronic. veri, unc. j.

Cardamom. min.

Nuc. moschat. ana, unc. $\frac{3}{4}$.

Essent. rosar. sacharinæ n. unc. iij.

cui instillentur prius

Ol. stillat. cinamom. dr. $\frac{3}{2}$.

caryophyll. scr. $\frac{3}{2}$.

majoran.

lign. rhod. ana, scr. j.

F. Pulvis præstantissimus, imò Regius, qui fit
lutaris est ad omnes frigidas cerebri affec-
tiones, vertiginem præcipue, Apoplexiā,
Epilepsiam juvans, dos. à scr. j. addr. $\frac{3}{2}$.

XXI.

Qvoniam pulveres non semper in minimis
rediguntur particulas, sed groso modo solum su-
contusi, uti videmus in tragea grossa; commone-
agitur hic *de Cucuphis*, quæ, uti interdum adhiber-
tur in affectibus capitis, uti sunt intemperies cap-
tis frigida, vertigo, apoplexia, &c. tam ad præservari-
dum, qvam ad curandum: Ita etiam eadem fere ret-
inent ingredientia, qvæ pulveres habent alcoholisti-
ti; Sunt vero ex radicibus, foliis, floribus, seminibu-
aromatibus, gummatibus, & resinis, præsertim e-
quæ fragrantia sua caput confortare possunt. Ha-
itaque grosse contusa, excipiuntur sacculo ex sindo-
ne rubra, vel in forma orbiculari, aut mitrali consi-
muntur & interbassantur, sicqve gestantur in capite
sub pileo aut mitra. Quantitas pro una cucuphi-
sit ab unc. j. ad unc. ij. vel mj. isqve paulo maior.
Præscribuntur seq. modo:

Rec. Specier. pro Cucupha. mj.

D. ad Chart. S. Species jam Mǖhgen.

Specie

*Al. Species pro Cucupha, in intemperie capitis
frigid.*

Rec. Radic. irid. Florent. drachm. ij.

Fol. rorismar.

Majoran. an. pij.

Flor. spic. piiij.

Semin. foenicul.

Caryophyll. arom. an. drachm. ifß.

Mastich.

Storac. calam. an. drachm. ij.

Concis. concid. excipientur sindon. rubr. interbas-
sand. F. *Cucupha.*

Al. in Vertigine.

Rec. Rad. Cyper. rotund.

ireos Flor. an. drachm. ij.

Summitat. Serpill.

anthos. an. pij.

Semin. coriandr.

Nuc. Mosch.

Succin. ana drachm. ifß.

Afæ dulc.

Thur an. dr. j.

Moschi. in ol. destillati lign. Rhod. guttu-
lis iij. soluti, gran. ij.

M. F. Spec. pro *Cucupha*, D. ad Chart. s. spe-
cies zum Müzgen.

*Pulvis Grossus ad Sacculos pro Epithemate cordis,
& pulsum, P. R.*

Rec. Herb. recent, rorismarin.

herb. recent. majoran.
 basilici,
 Melissæ citratæ,
 ana, unc. j.
Flor. recent, aurant.
 rosar. palid. ana, unc. if.
 cheiri,
 tunic. ana, unc. j.
 lavendul. unc. f.
Cortic. rec. aurant.
 citri, ana, unc. if.
Croc. or. Drachm. vj.
Cinnamon. opt.
Macis,
Nuc. moschat. ana, unc. j.
Lign. rhod.
 aloës, ana, unc. f.

Omnia ac singula probè commixta, tām Herbae recentes, Flores ac Cortices, qvam desiccata Aromata & ligna (qvæ tamen prius incidi separavit svaserim,) minutim incisa, exsiccentur in umbra cum cautela & charta desuper operta: Ex qvibus sic paratis speciebus sacculi poterint formari, formâ ac magnitudine competenti, ac filo serico intersui, qvi postmodum cordis regioni ac pulsibus superligantur, prius tamen aquâ cordiali, quæ arriserit illi humectandi: idqve toties repetendum qvoties etiam calore exæstuans eos exsiccaverit. Per elegans fanè atqve efficax modus hic est cor tuendi, & spiritus vitales instaurandi. Namqve, dum speciebus siccis flores recentes & fragrantissimos addi-

addimus, supinos quasi ac latentes siccorum spiritus excitamus accessione novæ fragrantiae intendimus, & multò efficacius temperamentum ac compositum suscitamus, cum alioquin primum esset, levissima exsiccatione etiam solutas hasce atomos spiritu & odore turgidas exhalare. Ulterius sacculi ex zendalo consuti, grossioribus hisce speciebus oppleti ac cordiali qvodam liqvore imbuti insigne robur Cardiacum addere possunt, cum hic virtus unita fortior, species etiam proximius cordi adstant, viresqve earum diutius perdurent, neqve protinus, uti alias pulveres vel species cordiales aquâ aliquâ dilutæ solent, diffluant, & dissipentur, sed diutius viribus collectis conserventur & integris, saepius etiam, si desiccentur, madefactis sacculis, &c.

Pulvis ad generandum lac, P. R.

Rec. Carnis uberis vaccæ juvenculæ, unc. vj.

Rad. rec. rapunculorum,

cardui lactei,

barbæ hirci, ana, unc. j.

ireos Flor. unc. if.

Liqvirit. Drachm. vj.

Sem. lactucæ,

pœoniæ excort. ana, dr. vj.

Lapid. lact. præp. (est lapis mollis instar saponis tactu) unc. if.

Corall. alb. præp.

ocul. cancr. præp. ana, dr. vj.

Magist. solub. Matris Perlar. unc. f.

Caro mammillarum, radices etiam recentes
inci-

inciduntur tessellatum, ac cum reliquis pulveribus
præparatis conspersa, immittantur alembico vitro
quibus superaffundantur.

Succi cydoniorum recent. express. unc.
ac illico in M.B. totaliter exsiccentur, (baculo qui
doque illa in Alembico commovendo,) ut in pul-
rem subtilem redigi possint, cui pulveri adde.
pulv. sem. eruc.

Foenicul. ana, dr. vj.

Cardamom. min.

Macis, ana, unc. ʒ.

Piperis longi unc. j.

Misceantur exactè fiatque *Pulvis* subtilissimi
Hujus detur pro dosi drachma una vel duæ in iuso
lo gallinæ, sæpius in die.

Al.

Rec. sem. anis.

foenicul.

aneth.

carvi,

negellæ,

cumini, ana, dr. j.

Crystall. præp. unc. ʒ.

M. F. *Pulvis*, D. ad scatul. S. *Pulver* / wobei
alle 2. Stunden eine gute Messerspitze voll.

Pulvis partum provocans.

Rec. Pulv. glaciei Mariæ fixæ, quæ est specie

Talci, unc. ʒ.

Cassiæ ligneæ veræ,

Boracis Venetæ, ana, dr. ij.

Croc.

Croc. Austriac.

pilæ capræ sylv.

Macis, ana, dr. j.

ol. cinamom. gutt. xij.

F. Pulvis

Item Fel et Jecur angvillæ siccata & pulveriata expertum remedium est, nec fallit, nisi pinguedine quædam vel frustum carnis aut Mola (experiencia teste) impedimento exituro foetui fuerit.

Cæterum Pulvis hic ad partum facilitandum, & fœtum mortuum excludendum, salubriter exhibetur ; pellit nec non potenter secundinas, & rachmâ semis ad dr. j. & iij.

Al.

Rec. Myrrh. elect. dr. $\frac{1}{2}$.

Borrac. venet. scr. j.

Croc. or.

ungul. alc. præp. ana, scr. $\frac{1}{2}$.

ol. cinamom. gut. iiij. M. F. Pulvis,

Divid. in 3. partes æquales, D.S. Treibendes und stärckendes Pulver/ alle Stund/ oder eher/ einiges zu nehmen/ etwan in Wein/ wenn anderst die Frucht recht stehet. Treibet Geburt und Nachgebürth fort.

Species grossæ pro sacculis contra pestem.

Rec. Rad. levistic, angelic, Zedoar, ana, unc. j,

Herb. basilic, majoran, meliss, rorismar, rut.

aa. dr. vj. cort. aur. citr. aa. rec. extim. unc. iij.

Myrrh. rubr., Caryophyll. Nuc. moschat.,

Gr. juniper. aa. dr. vj., Camphor, unc. $\frac{1}{2}$. ol.

stil.

stil. lign. Rhod. dr. j. ol. dest. rut. scr. j., & lubet, sal. vol. urinæ, unc. $\frac{3}{4}$.; Incidant contundanturqve crassiuscule, Fiant facct de Zendulo rubrō, collo appendendi.

XXII.

Si igitur aut Patientis nausea, aut Medicamenti conditio formam pulveris renuant, & Medicus pro Excipiente vel Vehiculo recipiat Conservam qvandam, *Bolus* inde emerget; Præscribunt vero hic tantum una vice; nec ultra drachm. j. imere ascendat; manente itaqve quantitate pulv supra insinuata, np. scrup. j. vel drachm. $\frac{3}{4}$. Conservæ specificæ cujusdam drachm. j. sufficit. cum qua mortario miscetur, & pro ditionibus aut delicatiobus, aut folio auri involvitur, aut nude tantum chartam datur, & sign. *Bolus*. Loco Excipientis i serviunt interdum etiam Rob, Pulpæ, qvin etia Sirupi, si scil. pulv. Dosis sit aliquantum major, tunc *Rob* determinatur ad drachm. j. Sirupus ve quantitate sufficiente. Hoc pacto ex pulveribus radicum resinosarum, &c. c. Sirupis convenientib confieri possunt *Boli*; Si vero pulveris excipiendi di sis sit minima, additur sachari quantum sufficit consistentiam; Pro scopo potissimum purgandi sudorem & somnum movendi, potest Medicus gratificari hac formula iis, qui peculiariter eadem defiantur, nec deglutitione diffcili laborant.

Nota:

Bolus, si non una vice assumi potest, non dicitur tunc *Bolus*, sed *Electuarium*.

Bolus purgans;

R. Specier. diaturbith. c. rhabarb. scrup. ij.
Conserv. flor. rosar. pallid. drachm. j.
Sirup. pomor. q. s. M. F. *Bolus*, D. ad. cart.

Al. Purg.

Rec. Pulv. rad. jalapp. drachm. j.
Sirup. rosar. solutiv. q. s. M. F. *Bolus*,
D. ad Chart. S. Laxier-Bissen auf einmahl.

Al. Purg.

Rec. Rob. Ribium purgantis, drachm. j.
Pulv. rhabarb. or. drachm. §.
Sachar. albiss. q. s. M. F. *Bolus*.

Bolus Vomitorius;

Rec. Electuar. diasari Fernel. drachm. j.
Gummi guttæ præparat. gran. vi.
Sach. albiss. q. s. M. F. *Bolus*.

Al. emetic.

Rec. Conserv. rosar. simplic.
menth. an. drachm. §.

Tartar. emetic. gr. iij. l.ij.
Elaeosachar. citr. gr. viij.

M. F. *Bolus*.

Bolus Febrifugus.

Rec. Pulv. Cortic. Chin. de Chin. drachm. j.
Sal. armen. gr. viij.
Sirup. card. benedict. q. s. vel. Rob sam-
buc. drachm. if.

M. F. *Bolus*.

Al. Bol. Febrifugus.

Rec. Pulv. Chin. de Chin.

rad. Gentian. rubr.

Angelic. an. dr. j.

Sal armeniac. gr. xv.

Rob sambuc. drachm. ifz l. q. f.

M. F. *Bolus*, D. S. *Schweißtreibender Bissen wider die Fieber* auff einmahl.

Bolus Sudcriferus, infebb. intermittent. ante paroxysmum assumendus.

Rec. Diascord. Fracastor. drachm. j.

Antim. diaph. simpl. scrup. j.

Extract. card. benedict. gr. iiiij.

Sirup. papav. q. f. M. F. *Bolus*.

Al. Sudorif.

Rec. Conserv. scabios. drachm. j.

Resin. Gvajac. gr. iiij.

Sal. vol. C. C. gr. ij.

Sirup. card. benedict. q. f. M. F. *Bolus*.

Bolus contra. verm. dandus pueris

X. vel XII. ann.

Rec. Conserv. Flor. persicor. drachm. j.

Mercur. dulc. gr. vi.

Gumm. gutt. laxativ. gr. iiij. M. F. *Bolus*.

Bolus Somniferus.

Rec. Conservæ rosar. vitriolat. drachm. j.

Laud. opiat. gr. i. ij. vel iiij.

Sirup. papav. q. f. M. F. *Bolus*.

Bolus lax.

Rec. Rhabarb. pulveris. drachm. j.

Cox

Conserv. Rosar. rec. unc. $\frac{3}{4}$.

Cum Sirup. rosar. solv. F. *Bolus.*

Al.

Rec. Elect. lenitiv. de manna, unc. $\frac{3}{4}$.

diaphænic.

diacathol. ana, dr. ij.

Cum sacharo albo F. *Bolus* pro vice una,

N. Addi potest & pulvis conveniens.

Al.

Rec. Prunor. Damasc. num. x.

Sebesten, num. vij.

Passul. enucl. unc. $\frac{3}{4}$.

Coqvantur cum Aqva colenturque fortiter;

Hinc adde

Pulp. cass. unc. ij. coqvantur denuo ad spisitudinem mellis. Tunc adde

Pulv. senn. dr. iiij.

Cum sachar. F. *Bolus* pro 2. vel 3. vicibus.

Bolus somniferus, dolorem sedans,
& in fluxu alvi.

Rec. Conserv. rosar. antiqu. drachm. ij.

Laudan. opiat. gr. j. vel ij.

F. *Bolus.*

Bolus in nephritide.

Rec. Cassiae rec. extract. unc. j.

sem. anis. scrup. j.

Cum oleo amygdal. dulc. rec.

F. *Bolus.*

XXIII.

Nihil fere, aut certe parum differunt a Bolis E-

C

lectua-

lectuaria, nisi qvod (1.) præscribantur ad plures doses, & non dentur ad chartam, sed in fictili: hinc qve (2.) possunt, qvin imo debent, Bolis esse liquidiora, & (3.) præter ingredientia in Bolis recensū recipiunt etiam interdum conditas cortices & rades, minutim incidendas, additis confectionibus placibit. Quantitas itaqve totius compositi non iniunc. i j. nec ultra unc. iii j. vel unc. v. consistat. Lunc. j. Conservæ recipiuntur communiter drachm. i j. pulveris, sed ad drachm. iii j. ascendere possumus hac tamen conditione, ut tunc Sirupus appropriatus in largiore quantitate addatur. Si ex Cond. drachm. i j. possunt recipi ad quamcunqve unc. Conservæ, Sirupi aut succi aciduli ingrediantur, xulare debent salia fixa, & quævis alcalina, fermentando enim destruunt consistentiam. Assumunt singulis vicibus quantitate castaneæ, aut quantu capi potest cultelli cuspide, vel una vel duabus vertibus. Quandoque determinatur pro quantitate: vij. vel viij. doses, e. g. Rec. Conserv. &c. D. S. L. werge auff 6. oder 8. mahl; Solida & mediae consistentiæ omnia, uti non tam subito ex ventriculo elbuntur ac liquida, sed diutius in eo remorantur, immode dantur, ubi confortandum & roboram, in affectibus (1.) capitis, e. g. vertigine, suffuscione, debilitate memoriae, &c. (2.) Ventriculi & intestinorum, uti sunt cholera, diarrhœa, dysenteria &c. Abstinendum vero ab iis, ubi post febb. ardetes fauces siccitate laborant, & ubi dulcia nocentputa in hysterics, & colica laborare solitis, quibus termina inducunt,

Nota:

Possunt etiam, eod. modo, uti supra de Bolis dictum fuit, confici Electuaria absq; conservis, si pulveribus & conditis minutim incisis addatur quantitas sufficiens Sirupi appropriata, ad modum Hæfferi in Hercul. medic. l. 2.
p. 204.

Electuarium in Vertigine.

Rec. Conserv. flor. anthos,
lilior. convall.
serpilli, an. unc. j.

Conditur. cortie. citr.

Nuc Moschat. an. drachm. ij.
Confect. semin. coriandr.
pulv. cubebar.
succin. alb. præp. an. drachm. jß.
Cinnabar. nativ. drachm. j.
M.c. Sirup. de Betonica q. s. F. *Electuarium*,
obduc. fol. aur D.S.

Davon Ab. und Morgen. 1. biß 2. Messerspi-
ßen voll zu nehmen.

Al. insuffusione incipiente.

Rec. Conserv. stœchad. Arabic. unc. j.

Flor. tunicæ,
lavendul. an. unc. ß.

Condituræ radicum cichorii, unc. ß.
nuc. jugland. drachm. ii j.

Confect. semin. fœnicul. drachm. vj.

Sachar. Saturn. drachm. ß.

M. c. Sirup. flor. pœon. q. s. F. *Electuarium*.

*Al. in debilitate memoriae, vertigine, auditu difficile
gravedine capitis, &c.*

Rec. Conserv. betonic.

flor. anthos, an. unc. ij.

Conditur. acori veri,

Nuc. mosch. in India condit. an. unc.

Pulv. cardamom. min.

Mastich. an. drachm. iij.

Confect. alkerm. complet. drachm. ij.

M. c. Sirup. cinamom. q.s.F. Electuar. des Mo
i. Messerspiße voll.

Al. in Venere languida, pro stimulo.

Rec. Conserv. flor. tunic. unc. iiiij.

Conditur. radic. satyr.

eryngii, an. drachm. iij.

Pulv. stinc. marin.

priapi cerv. an. drachm. ij.

Borracis venet. drachm. j.

Ambræ grys. gr. iij.

Moschi, gr. j. M. c. brodio Zinziberis cond
q.s.F. Elect. D.S.

Alamode-Latwerge/nach Belieben zu gebrauchen

Nota:

*Ne quid nimis, omne enim nimium vertitur
vitium.*

*Al. in Cholera humida, it. ad confortandum venti
culum, in diarrhoea & dysenteria.*

Rec. Conserv. rosar. r. unc. ij.

menth. crisp. unc. j.

Corall. r. præp.

Pulv. Nuc. mosch.

radic. pimpinell. an. drachm. i $\frac{1}{2}$.

Laud. opiat. gr. iiij.

M. c. Sirup papav. erratic. q. s. F. Elect.

Nota:

Cholera humida est, si evomitio ḍvw nq̄ nātω fit; Cholera v. sicca, si vomendi conatus solum adest biliosus, sed non fit.

Al. præserv. in febb. malignis, aut ipsa peste.

Rec. Conserv. scordii,

Flor. calendul. an. unc. i $\frac{1}{2}$.

Condit. radic. helenii drachm. iiij.

Antimon. diaphor. drachm. ij.

Pulv. radic. angelic. drachm. j.

M. c. Sirup. de Rub. id. q. s. F. Elect.

Electuarium contra Dysenteriam.

Rec. Rad. Scorzonerae,

Tormentillæ, ana, unc. i $\frac{1}{2}$.

bistortæ, unc. j.

Herb. equiset. scord. millefol. ana, unc. j.

Flor. rosar. rub. unc. i $\frac{1}{2}$.

papav.

tunicæ, ana sicc. unc. j.

balaust. unc. $\frac{1}{2}$.

Incisa & conqvassata coquantur in f. q. aqv. simpl. freqventius recentem affundendo; & decoctiones exprimendo, quo usque tota vis sit extracta: decoctiones expressæ conjunctim c. alb, ovoidum optimè clarificantur, & additis

